



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Tractatus De Censuris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijs, 1609**

Vers. Vel. augment.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

**Verf. Vel augent.** *si vel non*

*ni in non omnia mudoq; boup  
non colit edis zicca & illis  
S. V. M. M. A.*

**I** Augentes uestigalia in excommu-  
nicationem incidunt, que excom-  
municatio declaratur, quousque pa-  
teat.

**H**ic excommunicantur, qui  
uestigalia prædicta legitime  
imposita augent. Quam rem ut  
facilius cognoscamus, præmitten-  
dum unum est, uestigalia, que  
augentur, duplicis generis esse  
posse, partim licite posita, par-  
tim illicite, utpote quia noua  
sunt, & ob id prohibita. Item ex  
quo Bulla non distinguit, de ut-  
riusque hic agi. Hoc præmisso,  
iam & hic regulam constituamur.

**I**n excommunicationem igitur  
hanc incidunt, qui uestigalia  
imposita augent, ut habetur  
hoc in versicul. Quæ regula ius-  
dem modis, & rationibus am-  
plificatur, quibus superior, idque  
merito, tum quod sicut non por-  
test nouum uestigal induci, & sic  
totum quoddam imponere, ita  
nec iam inductum nouiter auge-  
ri, & sic nec in parte nouum in-  
duci, valet enim argumentum  
de toto ad partem. argument.  
leg. quæ de tota. ff. de rei uendi. &  
leg. 3. ff. pro derelict. & capitu. pa-  
storalis. §. item cum totum. ff. de  
off. delegat. tum quod fraus sic-

ret legi, nam ex quo nequeunt  
noua iudici, vetera augentur,  
quod est contra mentem Bullæ  
eiusque rationem, Bulla enim  
prohibere, uult affectum, & non  
modum, quandoquidem ratio  
prohibitionis ea est, ne homi-  
num facultates per hæc uestigalia  
exhauriantur, ut dixit Robus  
in Prax. benefi. in expositione Bul-  
læ. Cœnæ Domini argument, in  
verb. De iure veto canonico, at  
ratio hæc locum habet etiam in  
auditione, ut per se patet, ne igitur  
fraus legi fiat contra capitulum, cer-  
tum est, de regul. iur. libr. 6. & ne  
quod una uia prohibetur, per al-  
liam fiat, contra capit. cum quid-  
eodem sit, & lib. sed ut ubi eadem  
ratio est ubi eadem dispositio fit,  
iuxta capit. cum dilecti de con-  
firmat. uel uel in uel. & ibi iud. ff.  
ad leg. A qua iure nec augeri uesti-  
galia possunt. Quare Nauarr.  
est id expresse cautum non fuis-  
set, id locum tamen habiturum  
fuisse, ut scilicet augentes in ex-  
communicationem hanc incide-  
rent, dixit in Man. capitul. 2. 7. nu-  
mero 6. i. versicu. Declaratio pri-  
ma, idem sensu Syluestr. in verb.  
Excommunicatio. 7. numero 5. 4.  
versicul. Decima nona est in pro-  
cessu, ubi & sic praticari ait, sicut  
etiam in verb. Gabella. 3. numero  
7. versicul. Quartum quod impo-  
nentes.

Postremo in excommunicatio-  
nem hanc incidunt, qui augent di-  
cta uestigalia, vel sint licite impo-  
sita,

fit, uel illicitè, ac de illicitè im-  
positis non est dubitandum, non  
etiam de licitè impositis, quoniam  
hic prohibentur, ut in initio præ-  
missimus.

Hæc gratiam poenam euadunt  
homines, quos diximus eam eua-  
dere in antecedenti regula, ob eas-  
dem rationes. Et idcirco Serenissi-  
sima Venetorum Respublica licet  
te Vestigalia imposita etiam au-  
gere sine excommunicationis me-  
tu potest, ut & supra uidimus, &  
diximus.

**Verf. Seu imponi, uel augeri  
prohibita exigunt.**

**Exigentes uestigalia prohibita im-  
poni, uel augeri, id est noua uestigalia  
in excommunicationem incurrunt, que  
excommunicatio declarat, quousq[ue]  
patet.**

**H**ic excommunicatur, qui e-  
xigunt uestigalia prohibita  
imponi, uel augeri, ut dicitur in  
uersiculo. Quod ut dilucidius sit,  
præmittenda duo sunt. Primum  
quod uestigalia prohibita sunt im-  
poni, uel augeri, aliorum a qui-  
bus permittitur uestigalia exigere  
queant.

Quoad primum igitur uestiga-  
lia prohibita imponi, uel augeri  
sunt primo ea, que imponuntur

aut pro rebus, quas pro se, sua-  
que familia quis fert, aut pro re-  
bus suis, aut pro rebus, que in se-  
runtur pro colendo ture, ut habet  
tur in l. uniuers. C. de uestigal. l. 6.  
prohibita sunt noua uestigalia,  
que sunt ea, que supra diximus in  
principio huius Capituli, & de  
hoc satis. In quibus tolli uisum

Quoad alterum, ut paucis il-  
lud absoluumus, concludendum  
est communi iure neque ab Ec-  
clesia, neque ab Ecclesiasticis per-  
sonis exigere ea posse, ut habetur in  
ca. quanquam de cens. l. 6. His-  
sic præmissis, iam regulam ponam

In excommunicationem hanc  
igitur incurrunt, qui exigunt ue-  
stigalia prohibita imponi, uel  
augeri, ut dicitur in uersiculo.  
Quæ regula his modis declara-  
tur.

Nam primo locum habet ex-  
communicatio hæc in eo, qui exi-  
git prohibita ratione rerum, id  
est de rebus, super quibus impo-  
ni nequeunt, ut supra diximus per  
l. uniuers. C. noua uestigal. atque  
sic sentit Caietanus in Sum. in uerb.  
Pedagium uersiculo. Sed ad hoc  
ut exigentes incurrant hunc ca-  
nonem, etenim & qui ea impo-  
nunt, modo ea imponendi pote-  
statem non habeant, in excom-  
municationem incurrunt, ut supra  
uidimus.

Secundo locum habet hæc ex-  
communicatio in eo, qui exigit  
uestigalia ab eo imposita, qui